ysidorus

ysidor. Ciuis est et in acie uiue. semper
lugens. semper merens semper suspiria cordis
emittens. Ad hanc sessionem inuitatur anima pec
catrix. ysa. xlvii. Virgo filia babilonis
sede in puluere. ¶ De secunda. Can. ii. Sub umbra
illius quem desiderabam sedi. et fructus eius
dulcis gutturi meo. Sedi ergo per quietem
contemplationis. Tren. iii. Sedebit solita
rius et tacebit. In umbra significatur re
frigerium diuine protectionis. contra estum temp
tationis et tribulationis. ps. Sub umbra
alarum tuarum protegar. alarum misericordie et ca
ritatis. Secundo quod dicit quem desiderabam.
ps. Quemadmodum desiderat ceruus ad fon
tes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Ceruus
uexatur a uenatoribus. lassatur et estuat et
fontem desiderat. Sic et anima fidelis a ue
natoribus infernalibus. i. a demonibus agita
ta fontem christum desiderare debet. fon
tem utique dei. ps. Apud te est fons ui
te. Tertio est quod dicit fructus eius dulcis gut
turi meo. Hic dulcis est omni melle dulci
or. Eccl. xxiiii. Spiritus meus super mel dul
cis. etc. Aug. Dedit nobis pignus spiritus.
in quo sentiam eius dulcedinem. et desiderem
ipsum uite fontem. ¶ De iii. Mt. xix. Vos
qui secuti estis me in regeneratione. cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue. sedebitis et uos super sedes xii.
etc. Ecce hic iacobus et alii apostoli. et cete
ri temporalium contemptores qui pro christo pau
peres sunt in mundo. ipsi cum christo iudices
erunt in die nouissimo. Job. xxxvi. Iudi
cium pauperibus tribuit. Temporalibus iudices
corrumpi consueuerunt. ideo mirum iudices erunt.
qui temporalia contempserint. Gr. Quisquis stimu
lo diuini amoris excitatur. hic possessa
reliquid in iudicio procul dubio culmine
iudiciarie potestatis obtinebit.
¶ De iiii. ysa. xxxii. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis et in tab

naculis fiducie et in requie op
lenta. Ad hanc beatam sessionem
non uenitur nisi per uictoriam. Apo
iii. Qui uicerit dabo ei sedere in
no meo. Quem ergo delectat sed
in throno. non pigeat pugnare in
do. Gr. Delectat ergo mentem mag
tudo premiorum. sed non deterreat cert
laborum. ¶ Secundo ergo quod in prima sessione
tenentur dexteram uel sinistram
christi patientis. Mt. xxvii. Crucifi
sunt cum eo duo latrones unus a dext
et unus a sinistris. Crux primam
religionem signat. quia carnem cru
cifigit. Gal. v. Qui autem sunt christi ca
nem suam crucifixerunt. etc. hic per un
bonum tenet dexteram. per malum u
sinistram. Prov. iiii. Vias que a dext
sunt nouit dominus. peruerse uero sunt que a sini
tris sunt. ualde timendum quod sinis
tra est in cruce tenens christum. Ecce
latro malus et in cruce et apud dominum
pendebat. et tamen sinistram dampna
bilis tenebat. ¶ In ii. sessione con
platiuus tenet dexteram ut sinist
christi amplexantes. Cant. ii. leua eius su
capite meo. etc. Per leuam significa
in presenti gratia beneficiorum dei in presenti
uita nobis exhibitorum. per dexteram
uero in eterna uita exhibendorum. contemplatiua qu
uersatur contemplatio. Per leuam etiam supponi
in contemplatione et deuotione circa christi hu
manitatem. Dextra uero te amplexatur
in contemplatione circa diuinitatem. Ampl
are karissime amplexatricem te. prov.
Glorificaberis ab ea cum eam fuer
amplexatus. eam. i. sapientiam. christus au
est dei uirtus et dei sapientia. ¶ In iii. se
sione utriusque tenebunt dexter
ut sinistra a christo iudicantis. Mt. xx

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 5, (seq. 18) – Commentarius in loca S. Scripturae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i1sl/1275/17126)